



## Lectori Benevolo S.

**A**nni sunt quasi octo, cum Medicinae epitomen quãdam in hac Schola publicè prælegerem, & quæ ad artis Medicæ corpus constituendum pertinere videntur, lineamentis quibusdam adumbrarem. Atq; tunc quidem de edendo eo opere in publicum ne cogitatio mihi incidebat: sed id erat propositum, ut Auditoribus solùm, quos habebam, prodessem. Non enim ignorabam, quantum proficit discipulis, ideam ejus, ad quam sese applicuerunt, disciplina primùm animo concipere, in cujus absolute atque exornatione toto postea vitæ tempore laborent. Factum tamen est postea, ut & alii quidam putarent, ex illo qualicumq; labore se quoq; aliquid commodi & emolumentum percipere posse. Quæ res effecit, ut illa, quæ tum conscripseram, in manus resumerem, quædam mutarem, quædam adderem, tandemq; hanc, quam vides, operis formam effingerem. Et si verò, quæ in isto opere desiderantur, rectius forsân, quàm quisvis alius, perspiciã; & si meo planè voto mihi standum fuisset, id, in tanta, quæ hodie est, librorum copia, vel planè suppressissem, vel in multos annos adhuc pressissem: tamen aliquid amicis, aliquid tempori dandum, & cum iis, qui aliquid fructus ex eo sperant, illud communicandum putavi. Hunc itaq; meum qualemcumq; laborem, Lector candide, boni consule: quod te facile facturum confido, si eum animum ad legendum attuleris, quem ego  
b ad scri-